

Band II., Nr. 411, Seite 187-189

Papst Alexander III. nimmt das Kloster Salem mit genannten Besitzungen in seinen Schutz und verleiht demselben verschiedene weiter ausgedrückte Begünstigungen.

Anagni, 1178. Januar 4.

Alexander episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, Christiano, abbati monasterii sanctę Marię de Salem, eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris regularem vitam professis, in perpetuum. Religiosam vitam eligentibus apostolicum convenit adesse presidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incursus, aut eos a proposito revocet, aut robur, quod absit, sacre religionis infringat. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et prefatum monasterium beatę dei genitricis semperque virginis Marię, in quo divino estis obsequio mancipati, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio comunimus. In primis siquidem statuentes, ut ordo monasticus, qui secundum deum et beati Benedicti regulam et institutionem Cistertiensium fratrum in eodem monasterio institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Preterea quascumque possessiones, quecumque bona idem monasterium impresentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis prestante domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: locum ipsum in quo prescriptum monasterium constructum est, cum omnibus pertinentiis suis et decimis, Forste cum decimis et appenditiis suis, Muron cum decimis et appenditiis suis, Sweindorf cum decimis et appenditiis suis, Bebinwilare cum appenditiis suis, Tephinhart cum appenditiis suis, Adilsrivti cum ecclesia et decimis et appenditiis suis, Franchinhowe et Tiuffinhiulwe cum ecclesia et decimis et appenditiis suis, Wolfgangiswilare¹ cum appenditiis suis, Grindilbūch cum appenditiis suis, Dorfisberc² cum appenditiis suis, Reitinhasilah cum appenditiis suis, Storingin cum appenditiis suis et ecclesia et decimis, et Fohelingin³ cum appenditiis suis, Rinkinhusin cum appenditiis suis, Witinwilare et Wartperc cum decimis et appenditiis suis, Vcinswilare⁴ et Madach cum ecclesia et decimis et appenditiis suis,

¹Unermittelt.

²Ober, Mittel und Unter Dornsberg.

³Vielleicht Felingen.

⁴Wohl Gut Weilers in Klöcken, nicht Fitzenweiler.

II

Varshinsriet⁵ cum appenditiis suis, Hasilbach⁶ cum appenditiis suis, Scheinbûch cum appenditiis suis, Mencilshusin cum appenditiis suis. Sane laborum vestrorum, quos propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium, nullus omnino a vobis decimas presumat exigere. Paci quoque et tranquillitati vestrę paterna sollicitudine providere volentes, auctoritate apostolica prohibemus, ut infra clausuras locorum seu grangiarum vestrarum nullus violentiam vel rapinam sive furtum committere, aut ignem apponere, seu hominem capere vel interficere audeat. Liceat etiam vobis clericos vel laicos e seculo fugientes liberos et absolutos ad conversionem recipere, et in vestro monasterio sine contradictione qualibet retinere. Prohibemus insuper, ut nulli fratrum vestrorum post factam in loco vestro professionem fas sit de eodem loco absque licentia abbatis sui discedere.
 Discedentem vero sine communium litterarum vestrarum cautione nullus audeat retinere. Presenti quoque decreto sancimus, ut nullus infra miliare a monasterio vestro edificare presumat ecclesiam, unde quies et religio vestra merito possit turbari. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatum monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, set omnia integra et illibata serventur, eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostrę constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove conmonita, nisi reatum suum digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini redemptoris nostri Ihesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtę ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax domini nostri Ihesu Christi, quatenus et hic fructum bone actionis percipiant, et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen. Amen.

 Datum Anagnie, per manum Gratiani, sanctę Romanę ecclesię subdiaconi et notarii, II. nonas Ianuarii, indictione X., incarnationis dominice anno MCLXXVII.⁷, pontificatus vero domni Alexandri pape III. anno XVIII.

Nach dem in vier Bänden in fol. bestehenden, sehr sorgfältig auf Pergament geschriebenen, dem Hauptbestand nach dem dreizehnten Jahrhundert angehörigen

⁵Fessenried.

⁶Unermittelt.

⁷Indiktion und Pontifikatsjahr verlangen das Jahr 1178.

III

Diplomatarium Salemitanum im GLA Karlsruhe, Bd. 1, Nr. 3, S. 5-7, unter dem
Rubrum *Priiilegium Alexandri III. Pape super Salem et praediis suis*.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

GLA Karlsruhe

Signatur/Titel des Originals:

B 29; 67/1162 S. 5-7 Nr. 3

Überlieferung und Textkritik:

Original und Abschrift in Karlsruhe.

Editionen:

Codex diplomaticus Salemitanus, Bd. 1, S. 35, Nr. 22.

Regesten:

PHILIPP JAFFÉ (HRSG.): Regesta pontificum Romanorum ab condita ecclesia ad annum post Christum natum MCXCVIII, 2. verb. und verm. Aufl. bearb. von Samuel Löwenfeld, Ferdinand Kaltenbrunner und Paul Ewald, 2 Bde., Leipzig 1885-88 13009. Germania pontificia, Bd. 2,1, S. 162, Nr. 5.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Anagni

Ortsindex:

Adelsreute Wohnplatz (20013)
 Adelsreute, Ravensburg, RV
 Anagni, Latium, Italien
 Behweiler Wohnplatz (18147)
 Behweiler, Oberteuringen, FN
 Felingen Wüstung (23830)
 Felingen, Straßberg, BL, W
 Fessenried Wüstung (23999)
 Fessenried, Heiligenberg, FN, W
 Fitzenweiler Wohnplatz (18023)
 Fitzenweiler, Markdorf, FN
 Forsthof, Forsthaus : Schloss Salem, Salem FN
 Frankenhofen Wohnplatz (16774)
 Frankenhofen, Ehingen (Donau), UL
 Gründelbuch (Schäferhof) Wohnplatz (14022)
 Gründelbuch (Schäferhof), Buchheim, TUT
 Haselbach
 Klöcken Wohnplatz (20082)
 Klöcken, Ravensburg, RV
 Madachhof Wohnplatz (14483)
 Madachhof, Mühlingen, KN
 Maurach Wohnplatz (18459)
 Maurach, Uhdlingen-Mühlhofen, FN

Mendlishausen Wohnplatz (18247)
 Mendlishausen, Salem, FN
 Mittel Dornsberg Wohnplatz (14303)
 Mittel Dornsberg, Eigeltingen, KN
 Ober Dornsberg Wohnplatz (14307)
 Ober Dornsberg, Eigeltingen, KN
 Raithaslach Wohnplatz (14670)
 Raithaslach, Stockach, KN
 Ringenhausen Wohnplatz (20960)
 Ringenhausen, Horgenzell, RV
 Scheinbuch Wohnplatz (18441)
 Scheinbuch, Überlingen, FN
 Schloss Salem : Salem FN
 Schloss Salem Wohnplatz (18257)
 Schwandorferhof Wohnplatz (18260)
 Schwandorferhof, Salem, FN
 Storzingen Wohnplatz (21371)
 Storzingen, Stetten am kalten Markt, SIG
 Tepfenhart Wohnplatz (20974)
 Tepfenhart, Horgenzell, RV
 Tiefenhülen Wohnplatz (16795)
 Tiefenhülen, Ehingen (Donau), UL
 Unter Dornsberg Wohnplatz (14318)
 Unter Dornsberg, Eigeltingen, KN
 Vocinswilare
 Wartinperc Wüstung (24107)
 Wartinperc, Ravensburg, RV, W
 Wittinwillar Wüstung (24108)
 Wittinwillar, Ravensburg, RV, W
 Wolfgangiswilare